



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Decretum. Feria Quinta Die vigesima quarta Augusti 1690.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

conviciis contra eas propositiones, quæ ad-
huc inter Catholicos hinc inde controver-
tuntur, donec à S. Sede recognita super
iisdem propositionibus iudicium profera-
tur.

*Franciscus Riccardus Sanctæ Ro-
mana, & Universalis Inquisi-
tionis Notarius.*

Loco (†) Sigilli.

A Nno à Nativitate D. N. JESU Chri-
sti millesimo sexcentesimo septuagesi-
mo nono, Indictione secunda die vero, 4.
Mensis Martii Pontificatus autem Sanctiss.
in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii di-
vina Providentia Papa XI. anno tertio su-
pradictum Decretum affixum & publica-
tum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apo-
stolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie
Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & con-
suetis Urbis per me Franciscum Perinum
ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ & Sanct. In-
quisitionis Cursorem.

DECRETUM.
F E R I A Q U I N T A
Die vigesima quarta Augusti 1690.

*In Congregatione Generali sanctæ Roma-
na, & Universalis Inquisitionis habita in*
Bbb 4 Pa.

Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram sanctissimo D. N. D. ALEXANDRO divina Providentia Papa VIII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus Hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMUS D. N. ALEXANDER Papa VII. non sine magno animi sui mœrore audivit duas Theses, seu Propositiones, unam denuò, & in majorem Fidelium perniciem suscitari, alteram de novo erumpere. Et cum sui Pastoralis Officii munus sit, Oves sibi creditas à noxiis pascuis avertere, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesium, sive Propositionum examen pluribus in sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra Hæreticam pravitatem, Generalibus Inquisitoribus sedulo commisit, qui pluries re maturè discussa, infrascriptis Thesis, seu Propositionibus super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati suæ singillatim exposuerunt.

I. Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: Formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. HUNC HOMO NON TENETUR

TUR AMARE, NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORTALIS.

2. Peccatum Philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniēns, naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale est transgressio libera divinæ legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensâ Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plenè & maturè consideratis, primam Thesem, seu Propositionem declaravit Hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet sub Censuris, & pœnis contra Hæreticos, & eorum fautores Jure expressis; Secundam Thesem, seu Propositionem declaravit scandalosam, temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet, ita ut quicumque illam docuerit, defenderit, ediderit aut de ea etiam disputaverit publicè, seu privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in Excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quocunque etiam Dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano

762 PROPOS. DAMNATÆ.

Pontifice absolvi. Insuper districtè in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscunque Conditionis, Dignitatis, ac Status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictam Thesem, seu Propositionem ad praxim deducant,

Loco (†) Sigilli.

Alexander Speronus S. Romanæ,
& Universalis Inquisitionis
Notarius.

Die 24. Augusti 1690. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum SS. D. N. Papa, & Sanctiss. Inquisition. Cursorem.

DECRETUM. FERIA QUINTA

Die Octava Decembris 1690.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandro Divina Pro-
vi.